

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Tribulatio an  
cum fontibus primis

Nam hec omnia fortasse operatur  
Dominus ut det uobis uexatio  
intellectum. Trituratur granum  
ut reponatur in horreo; quadratur lapis  
ut sine sonitu mallei  
in edificio templi collocetur.  
Mouetur turbo ut Elyas rapiatur in  
celum.

Nam haec omnia fortasse operatur  
Dominus, ut det uobis uexatio  
intellectum. Trituratur granum,  
ut reponatur in horreo; quadratur lapis,  
ut sine sonitu mallei  
in templi aedificio collocetur:  
mouetur turbo, ut Elias rapiatur in  
coelum.

Petrus Blesensis, *Epistolae*, 44 (PL 207,  
col.129C).

Maximum est remedium interioris  
hominis, si in hac area mundi uariis  
passionum flagellis trituretur exterior.

Quibus ego praesentum futurarumque  
beatitudinum uicissitudinibus inspectis  
communia patientius incommoda fero;  
primum, quod mihi quae merear  
introspectanti, quaecumque aduersa  
prouenerint, leuiores reputabuntur; dein  
quod certum scio  
maximum esse remedium interioris  
hominis, si in hac area mundi uariis  
passionum flagellis trituretur exterior.

Idem (Petrus Rauennas) in quadam  
epistola.

Sidonius Apollinaris, *Epistularum libri  
nouem*, 7, 6, 5 (A. Loyen ed., vol.3,  
p.44).